

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## CIX.

EXCERPTA EX FRIDERICI II. IMP. SENTENTIA  
DE LIBERANDA EX CAPTIVITATE CLEMENTIA,  
BERTOLDI V. ZARINGIÆ DUCIS,  
VIDUA.

ANNO MCCXXXV.

*Ex authentico tabularii Dolensis apud Petrum Franc. Chiffletium in Epist. de Beatrice  
Com. Chalon. pag. 97.*

**F**ridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem & Siciliae Rex . . . . Quod assidentibus nobis dilectis Principibus nostris in Curia Moguntiae generali, de ipsorum Consilio ad Conquestionem Comitis Stephani de Burgundia. fidelis nostri, quam proposuit coram nobis pro parte filiae suae *Clementia*, quam asseruit captivam violenter & nequiter detineri à *Comite E. de Hurach*. & ab eodem Castro *Burcdorf* ac aliis bonis, quæ bonæ memoriæ *Bertoldus Dux Zaringiae* in dotalitium contulit ei, contra justitiam exposuit spoliata; lata est sententia coram nobis, ut ipsam *Clementiam* liberari & Castrum ipsum cum omnibus bonis in dotem sibi concessis ei restitui demandemus . . . . Acta sunt hæc Anno Dominice incarnationis MCC & XXXV. mense Augusto, Indictione VIII. . . . Anno Imperii XV. regni Jerusalem X. . . . Siciliae XXVII. Datum Moguntiae &c.